

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Iacobus Heerbrandus]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

Octobris horâ 1. pomerid. Dominica XXI. post Trinitatis An. 1596. ætatis 77. Ministerii. 53. (b) Concionem Funebrem habuit Andreas Grammerus Abbas Bebenhusanus ex Daniel. XII. v. 48. quam vide. Nicodemus Frischlinus Libr. IV. Eleg. sequentibus eum deprædicat :

An quisquam laudes BINDERI carmine dicat ?

Et quisquam meritâ concinat arte Virum ?

Arte Virum celebrem, vera pietate micantem,

Ingenii magnum dotibus, ore gravem.

Consiliis dextrum, verbis cœlestibus acrem,

Eximium studiis, integritate probum.

Ejus tempore factum Grezingæ, ut oppidani per jocum fortè canales vel tubulos in proximo lacu arreptos muris imponderent, quos tormenta esse rati milites Hispani oppidum præteriêre. Enim verò non his tubulis, sed Bindero potius conservationem suam debuerunt Grezingenses, cum enim an. 1546. mense decembri manus Hispanorum occupandi ejus loci causâ advenisset, ipse Pastor Capitaneis extra portam obviis processit, statumque oppidi tenuem commemoravit, cujus sermonibus permoti iterum discesserunt, posteaque intactum reliquerunt. G. Thummii Chronicon.

Nat. 1521. Obiit. 1600. **J**ACOBUS HEERBRANDUS, Theologiae Doctor & Cancellarius Tubingensis, Ecclesiæque Præpositus, Giengæ in Sueviâ, oppido Imperiali natus est, ex antiquâ familiâ, d. 12. Augusti 1521. Parente Andrea,

(b) *Ercheri Theatrum, Part. I. Sect. III. p. 301.*

drea, literarum & doctrinæ Lutheranæ Cultore, Matre Barbarâ Martini, præcipuæ illius loci profapiæ. Septennis in ludum missus pietatis studium ante omnia excoluit, Bibliæque Lugduni an. 1519. impressa legit jugiter. Jactis ita in patriâ rudimentis Grammaticis, Ulmam deductus est à Patre, anno 1536. ubi sesquiannum commoratus utriusque linguæ fundamenta hausit. Cumque sub id tempus Erasmi Roterodami mortui jam, Colloquiorum liber esset in Scholas introductus, qui, quod Pontificiorum errores alicubi demonstret, à Paulo V. publicè proscriptus fuit, nihilo tamen minus ab Heerbrando lectus, anno 1538, à Patre Witenbergam ablegatus, ut Lutherum & Melanchthonem audiret, studiis, ibi tam sedulus incubuit, pravaque aliorum consortia eo usque vitavit, ut inde Noctua Suevica à quibusdam Convictoribus, potui & aleæ deditis, vocatus fuerit. Melanchthioni per literas amicorum commendatus diligentia suâ, studioque singulari amplius se commendavit. anno 1540. ibidem Magisterii gradum cum laude consecutus, privatim deinde docuit alios, eoque sumtibus parentes, duobus quinquennii, quo Wittembergæ versabatur, ultimis annis sublevavit, ne forte fratribus detrimento esset. In Patriam reversus specimen à Pastore jussus edere festo Pentecostes, rarâ hominum frequentia Concionem cum applausu omnium habuit. Quo parentes exhilarati Stuttgartiam eum miserunt, ubi Ecclesiis Wirtembergicis operam suam obtulit. Cumque Erhardus Snepius, Generalis Superintendens illum examinaret, propositis duabus quæstionibus, ad quas aptè promtèque respondit Heerbrandus,

iste in hæc verba prorupit : Dominus te mihi obtulit. Vacante itaque tùm Göppingensi Parochia cum Vicinarum Inspektione , huic eum confestim præficere voluit Snepsius. Sed Heerbrandus cognito , quod Diaconatus Ecclesiæ Tubingensis non minùs vacaret , amorem studiorum prætendens, Spartam posteriorem elegit. Itaque an. 1544. d. 5. Septembr. disputatione sub Præsidio Snepfii de Ecclesiâ, munus inchoavit, quo in sextum usque annum dextrè functus est, in quartum annum calebs, & Mathemata privatim docens, crebras etiam Conciones in Arce Tubingensi habuit coram Principe Ulrico, qui juvenem amavit, magnum aliquando Theologum prædicens futurum. Anno 1548. ob repudiatum Interim officio motus, ab Oswaldo Schreccenfuchio linguam Hebraicam addidit. Anno 1550. à Duce Christophoro Pastor & Superintendens Ecclesiæ Herrenbergensis constitutus, paulò post cum Jacobo Beurlino , Theologiæ Doctor creatus est Tubingæ. Sæpe tunc ad eum excurrit salutandi causâ J. Brennius, familiaritate illius mirificè delectatus, adeò, ut aliquando in hæc eruperit verbâ : Quoties video te, toties gaudeo. Quærenti Heerbrando causam, respondit: Nam & tu Ecclesiam docendo juvabis, longè latèque sinceram doctrinam sparges; eris Ecclesiæ præsidio & ornamento. An. 1551. Tridentum missus est cum Theologis Wirtembergicis, Legatus ordine tertius, Confessionem Ducis Christophori PP. exhibens. An. 1556. unâ cum J. Andreæ & Simone Sulzero ad reformationem Marchionatus Badensis, à Carolo Marchione vocatus & in Superintendentem Generalem desideratus familiam transtulit

lit Pforzhemium ; ubi & Ordinationem Ecclesiasticam conscripsit à memoratis Theologis approbatam. Anno insequente Alberto Marchioni Brandeburgico exulem ibi locorum agenti in extremis adstitit, piumque illius ex hac vitâ discessum scripto declaravit. Circa id tempus ab Ottone Henrico, Electore Palatino in Scholam Heidelbergensem honestissimo salario invitatus, sed ipse pro honorifico judicio de se gratias egit, jamdum Academiæ Tubingensi operam suam pollicitus, quam paulò post constitutis benè rebus in Marchionatu Badensi adiit. Ibi Pentatevchum ordinariâ lectione interpretatus 40. annorum curriculo quater absolvit, eundemque pro Concione publicè explicuit. An. 1561. Collegii Ecclesiastici Decanus est constitutus & Alumnorum Principis Superattendens primarius. An. 1562. à Saxoniæ Ducibus Jenam ad docenda ibi sacra fuit evocatus, oblato mille florenorum stipendio ; verùm prudenti Wirtembergiæ Ducis Consilio dimissus non est. An. 1577. ab Hassiæ Landgraviis literis peculiaribus ad Serenissimum Principem Wirtembergicum missis, ad Professionem in Academiâ Marpurgensi efflictim quæsitus, partim ob provectam ætatem, partim ob alias causas prægnantes se excusavit, inque vicem sui Ægidium Hunnium substituit, Reuchlini Exemplum secutus, qui Melancthonem Electori Saxonico pro se commendaverat, dictitans : Hunc fore alterum Reuchlinum. An. 1590. post facta Jacobi Andreæ, Heerbrandus Ducis Wirtembergici Consiliarius, Ecclesiæ Tubingensis Præpositus, Academiæ Cancellarius & Illustribus Collegii noviter erecti Ephorus declaratus est. An. 1598. autem vi-

E 5

ribus

ribus ex senio deficientibus munus docendi in Scholâ & Ecclesiâ resignavit, ideoque rude donatus, annuum tamen ad dies Vitæ stipendium accepit. Conjugali vinculo se devinxit anno 1547. Margaretæ, Conradi Stamleri, Consulis Tubingensis Filix, ex quâ undecim suscepit liberos, interque illos filium Christophorum, ex quo Wilhelmi Concionatoris Aulici Avus factus est. Laudatur à Quenitedio, (a) ut Theologus nominatissimus, qui variis scriptis adversus Romanenses felicissimè pugnavit, & aureo illo suo Compendio Theol. de universâ Juventute præclarissimè meritus est. Matthias Hasenrefferus pietatem Viri insignem, præstantem eruditionem, humanitatem, justitiam, pacem, aliarumque Virtutum nobilissimum Chorum deprædicat, ipsumque cum Jacobo Patriarchâ confert. (b) Erat voce styloque Germani Nudator pectoris, superior de ambone præco, cujus masculum robur sensit superbiens Hispanus Jesuita, Gregorius de Valentia, juxta B. Raithii elogium. Jubil. II. Acad. Tubing p. 102. Vir rerum Theologicarum profunditate, morumque Theologum decentium gravitate suo tempore in Germania nulli secundus, de cujus Compendii celebritate Cellius Poëta nostrâs scripsit, quod Germania ejus capax non fuerit, excessisse eam tantum ad non Antipodes ut distichon haber:

*Compendi illius quæ sit præstantia Sacri,
Europæ atque Asiæ jam didicere plagæ.*

Etenim

(a) *De Patriis Illustr. Virorum* p. 182.

(b) *In Programm. Univ. Tubingens. conf. Echii Supplim. H. E. p. 37.*

Etenim Johannis Zygomalæ & Jeremiæ Constantinopolitani rogatu, à Martino Crusio Græcè conversum, Constantinopolim, Alexandriam in Ægyptum, imò in Tartariam usque penetravit, (c) Quo pacto Nobilis Polonus à Lutky lectione alicujus librorum ejus ad amplexum veræ Religionis permotus fuerit, Hentricus Braschius memorat. (d) Cate-rum duo sunt, quæ singularem observationem merentur in hoc Viro, videlicet, Biblici Exemplaris unius usus & crebra lectio. Id quippe annotationibus ad marginem scriptis ita opplevit, detrivitque legendo, ut spatii nihil reliquum, quædam etiam vix legi potuerint. Thesauri ista loco, nec immerito habuit, precioque centum florenorum æstimavit. Deinde, candor & studium erga externos, quos consolationibus & consiliis in gravissimis negotiis, quantumcunque potuit, juvit, ita, ut tanquam ad Oraculum confugerint Principes, Comites, Barones in Austriâ, Styriâ, Carinthiâ, Carniolâ, Hungariâ, atque ex ipsis finibus Turcicis ejus opem implorârint, quibus complures fideles & doctos misit Ministros. In re familiari hortis & vineis delectabatur adeò, ut è locis remotis generosos sibi furculos & semina compararet. Illustris, denique Palatinus Neoburgicus insignibus eum ornavit, & Virum facem ardentem dextrâ gerentem arma gentilitia esse voluit. Valetudine fuit firmâ, nec unquam morbo tentatus, nisi sub finem vitæ, quo per dies aliquot lethargo correptus, quasi lampas oleo deficiente

(c) *Ausp. Acad. p. 12.*

(d) *In Labyrinth. Apost. apud Cl. Serpilium Epitaph. Theol. Suevia. p. 92.*

deficiente extinctus est. d. 22. Maji, anno 1600. ætatis 80. Ministerii 56. Exequias ejus pro Concione coronavit Matthias Hatenaufferus ex Hebr. XIII. v. 7. Pro Cathedrâ Oratoriâ Erh. Cellius. Orationem exhibet Melch. Adami in Vitis Theol. quam brevius excerptit Freherus Theatr. Ill. Vir. p. 311. Epitaphium cernitur Tubingæ in Templo D. Georgii. Effigiem exhibet Cellius in Icon. Prof. Tubing. & Freherus.

Nicodemus Frischlinus sequenti Anagrammatico Epigrammate illum honoravit:

Jacobus Heerbrandus

Anagr.

Subdes brachia Nervo.

Ut feriant arcu, SUBDES tu BRACHIA NERVO

Nam sæpè est arcu meta petita tuo.

Sæpè tuum sensit frons adversaria nervum,

Nam tu telo oculos hostis Æ ora feris.

Libro Eleg. Ultimo.

Scripta Heerbrandi.

Compendium Theologicum. Lipsiæ, Anno 1581. Tubingæ 1573. 79. 89. 1595. 1608.

Tractatus de multiplici Pontificiorum Doctorum Idolomania, adversus convicia Greg. de Valentia. ib. 1579. 4.

Spongia adversus Aspergines Apologetici G. de Valentia, de Pontiff. DD. Idolomania. 1579. 4.

Explicatio

*Explicatio Causarum, cur cum G. de Valentia non sis
amplius disputandum, Tub. 1580. 4.*

*Tractatus contra Tract. G. de Valentia de profana, ab-
ominanda, verboque Dei damnata Missa Pontificia.
1581. 4.*

*Defensio Lutheri adversus Georgium Gothardum, Ca-
nonicum Pataviensem. Tub. 1587. 4.*

*Apologia contra Peucerianos concinnata. Witteb.
1598. 4.*

Liber Concordiæ in latinum translatus. Lipsiæ. 1584. 4.

*Oratio funebris in obitum Philippi Melancthonis, intra
quatriduum conscripta.*

*Oratio fun. in obitum Job. Brenzii Præpos. Stutt. Tub.
1570. 4. Argentorati. 1630. 12. in Famâ An-
dreana.*

*Oratio de Septem Clementibus Pontificibus, Tub. anno
1580. 4.*

Oratio in Nativitatem Christi. Tub. 1585. 4.

*Orat. fun. in laudem Jacobi Andrea dicta. Tub. anno
1590. 4.*

*Or. de vita & obitu Illustr. Princ. Ludovici, Duc. W'ir-
temb. ib. 1593. 4.*

*Epistola diversæ ad Marbachium scriptæ. Durlaci, anno
1684. 4. apud Fechtium in Supplem. Hist. Ecclesi.
Sec. XVI.*

Disputationes.

DE Magia ex Exodi Cap. 7. v. 4. Tub. 1570. 4.

Disp. de Providentia divina. Tub. 1570. 4.

De Electione & Prædestinatione divina. Tub. 1570. 4.

Disp. contra Purgatorium. 1570.

Disp. de Indulgentiis, 1572. 4. Tub.

De

De Catholica & Catholicis. 1572. 4.

De Traditionibus. Tub. 1572. 4.

De Missa Pontificia. ibid. 1573.

An Ecclesia sub regno Pontificio superioribus temporibus fuerit & etiamnum sit hodie. Ibid. 1573. 4.

Disputatio de Conjugio & Cœlibatu Sacerdotum. Tub. 1574. 4.

De integri Sacramenti S. Ccenæ Usu. Tub. 1574. 4.

De ordinaria loci successione. Tub. 1574. 4.

De Invocatione Sanctorum. 1574.

De vera & S. Jesu Christi Ecclesia militante, ejusque notis contra Disputationem Jesuitæ cujusdam, Græci eodem titulo editam. 1575. 4.

De fine bonorum Operum. 1575.

De Primatu Rom. Pontif. 1575. 4.

De Necessitate & Contingentia Tub. 1576. 4.

De Apostasia & Apostatis. 1576.

De Hereticis an ultimo sint aff. supplicio. Tub. 1576. 4.

Disput. de S. Canonica Scripturæ Authoritate. Tubingæ, An. 1570. 4.

De Gratia Dei. 1572. 4.

De libris utriusque Testamenti verè Canonicis. Tub. an. 1582. 4.

De Scripturæ S. Interpretatione. 1591.

Disp. de Miraculis. Tub. 1571. 4.

De Gratia Tub. 1572. 4.

De Legis Impletione. 1475. 4.

Disp. de Confirmatione, Tubingæ. Anno 1576. 4.

De Ciborum delectu. 1576. 4.

De Precatione. Tub. 1576. 4.

Hyperaspistes disputationis de precatione, ibid. 1577. 4.

Apologia Hyperaspistis, 1577.

De

- De Promissione Abrahamæ facta, Tub. 1577. 4.
 De Melchisedecho, Tub. 1577. 4.
 Disp. de Erroribus Pontificiorum quos habent de Ecclesia. Tubingæ, Anno 1577. 4.
 Disp. contra assertiones Jesuiticas de Ecclesia Christi. ibid. 1577. 4.
 De Anti-Christo, contra Michaellem Hagerum, Tubing. 1579. & 1581. 4.
 De Veteri Bibliorum Versione, Tub. 1581. 4.
 De Autoritate Cathedræ Romanæ, Tub. 1582. 4.
 Apologia duarum disputationum de Anti-Christo & Refutatio Responsionis Mich. Hageri, 1583. 4.
 Disp. de Catholicæ Ecclesiæ autoritate, Tubingæ, anno 1583. 4.
 Disp. contra Romani Pontificis ejusque Synagogæ auctoritatem, Tub. 1584. 4. Resp. M. Hasenrefferro.
 De Apostolica Ecclesia, 1584.
 De Adiaphoris & Calendario Gregoriano, Tub. 1584. 4.
 Disputationes duæ de Justificatione, Tub. 1585. & 1589. 4.
 De Votis, Tub. 1586. 4.
 De Polygamia ex Gen. 2. 16. 20. 29. 30. Cap. 1586. 4.
 De fidei certitudine in peccatorum remissione contra dubitationem Pontific. Tub. 1587. 4.
 Defensio duarum disputationum quas de erroribus Pontificiæ Ecclesiæ & de Justificatione hominis peccatoris edidit, Tub. 1587. 4.
 De Feste Corporis Christi, 1587. 4.
 De Induratione, Disputatio insignis ex Exod. 3. & 4. Cap. Tubingæ, Anno 1588. 4. Resp. J. C. Sigvar-
 to.

Disp.

De

Disp. de perpetuo visibilis Ecclesiae cœtu in terris. *ibid.*
1588. 4.

D. Verbis Christi Matth. 16. 18. Ties Petrus, *ibid.* 1589.
4.

De Evangelio, Tüb. 1587. 4.

Disputationum Theol. Pars I. & II. Witeb. 1588. 4.

Celeberrimus Dominus G. Serpelius 172. Disputationes
sub ejus Præsidio habitasse collegisse memorat. Nos
potiores tantum recensuimus.

Rettung des kleinen Catechismi Lutheri / Eü-
bingen / in 8.

Neuer Päbstlicher Ablass von dem Pabst Grego-
rio XIII. und seinen Legaten / Nunciis Apostolicis,
vor 2. Jahren der neuen unser lieben Frauen
Heiligen Brüderschaft in der Fürstl. Schul
zu Mönchen gegeben. Auf dem Original von
Wort zu Wort nachgedruckt mit einer Vor-
rede und Christlichem Bericht D. Jacobi
Heerbrands / von dem Päbstlichen Ablass/
Orden und Brüderschaft / 1584. 4.

Pfropfung und Abfertigung des vermeinten
neulich aufgebrüteten Evangelischen Wet-
ter-Hahnen / Eübing. 1588. 8.

Antwort und Abfertigung der Fragstück und
Antwort von den dreyen streitigen Artickeln.
1. Vom Sacrament des Altars? 2. Vom
Fegfeuer und Todtenhilff. 3. Von der ab-
gestorbenen Heiligen Anrufung und Für-
bitt / Eüb. 1588. 8.

Außklopfung des von Jerg Schorren Jesui-
ten zusammengestickten Lutherischen Bett-
lers-Mantels / Eübing. 1588. 8.

Andere

Andere Rettung Luthers Lehre wider Sigmund Ehrenhofer/ 1588 8.

Reker: Raken I. Bericht: Ob die Papisten oder Lutheraner Reker: Raken seyen? 1589. 8.

Antwort wider den falschen Danck und Abdanck Sigmund Ehrenhofers/ Eub. 1590. 8.

Eine Predigt vom alten und neuen Glauben/ auß Zach. IX. Eub. 1569. 4.

Leichpredig über Herkzog Christoph. Abst. 1569; Predigt in Fest. Trinit. ex Joh. III. 1575.

Vom Jubel: Jahr der Hohenschul/ 1577.

Vom Cometen und Pfauenschwang / Eubina gen/ 1578.

Vom Strahl/ 1579. 1580.

Vom Eh. Orden/ Eub. 1580.

Vom Weg zum ewigen Leben/ 1580.

Von der Himmelfahrt/ 1580.

Vom Christkindlein/ 1582.

Buß-Predig/ ex Jonæ III. 1583.

Vom Fasten/ 1584.

Von wahrer Religion und Glauben/ Eub. 1584;

Herbst- und Ernd-Predig/ 1584.

Danck sagung wegen des Herbsts / ex Psalm. 68. 1584.

Predigt am Fronleichnams-Fest / 1584.

Am Tag Petri und Pauli/ 1584.

Auflegung des 65. Ps. 1585.

Predig am aller Seelen-Tag/ 1592.

Manuscripta.

L Editiones in Deuteron.
in Genesin.
in Exodum.

F

JACO: